

1439. d. 16. Aprilis 17. Febris

Ex Orig. Arch. Regni

In oppido Mossina et villis marce centu
in scripta Petro de Brin Castellano Gue
zneni.

545.

117

Vladislaus D^eI gratia rex Polonie, Lithvani
eque princeps supremus et heres Russie &
Significamus tenore presentium quibus expedit
universis. Quomodo attendentes grata fidelitatis
studiosa obsequia quibus magnificus Petrus de
Brin castellanus Gueznensis maiestati nostre
complacuit, et in futurum aucto fidelitatis
studio proutantius poterit complacere, horu
intuitu cupientes ipsius gratiarum nostra
runc prosequi favoribus, et ad obsequia no
stra continuo rendere promptiorem, sibi in
et super oppido Mossina, villisque Porego
wo, Schowneca, Krosno, Labnoque in districti
bus. Poznaniensibus, Costensi, Sitis, centum
marcas moneta et numeri Polonicae
quadraginta octo grossos in quamlibet marca
computando dedimus, donavimus, et tenore pre
sentium dāmus, et donamus, inscribimus et
largimur per ipsum Petrum et ipsius legiti
mos successores, tenendas habendas, utifruen
das, et pacifice et quiete in predictis cen

centum maris possidendas cum omnibus et
singulis fructibus, censibus, redditibus, proven-
tibus, et utilitatibus, agris, pratis, campis, pa-
scuis, sylvis, borvis, nemoribus, gais, meris,
rubis, rubetis, fluviiis, rivis, lacubus, piscinis,
aquis, molendinis emolumentis, appendis, ac
obventionibus universis tamdiu, quousque si-
bi aut successoribus suis legitimis per nos aut
successores nostros predicta centum marca
fuerint persoluta, integraliter et ex toto. Qui-
bus exolutis, possessione appidi et villarum pre-
dictarum ad nos et ad successores nostros
revertit et devolvetur, stationibus tamen et
iuribus nostris regalibus in omnibus semper
salvis, harum testimonio litterarum, quibus
sigillum nostrum presentibus est appensum.
Datum in nova civitate aliae Morcryn feria
quinta in die Sancti Lamperti anno Do-
mini millesimo quadringentesimo tricesimo
nono.

Ad relationem infici Petri de

Szidekoin D. Pot. Vicecancell.

Kopie wypisana z oryginalu pergaminowego
annihilowanego 1784. z b. Urzędnia, przy kto-
rym znajduje się na zawiasie pergamin pie-
częci iedna.